



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXIII. De Vigilia & die Pentecostes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

TITVLVS XXIII.

De Vigilia & die Pentecostes.

1. **I**N vigilia Pentecostes; quo ad Prophetias, benedictionem fontis, Litanias, paramenta violacea, Cussinos, & alia, sunt omnia vt Sabbatho Sancto annotata sunt.

2. Officium Horarum est de Ascensione, vt que ad Nonam inclusiuè ad quam etiam est paratum Altare pallio albo, & finitâ Nona violacco, facile remouendo post Litanias.

3. Missa solemnitas huius vigiliæ, etiâ in Ecclesijs, quæ habent nõ fontem, incipit à Prophetijs, idèque Celebrans hora competenti in Sacristia indutus cum ministris paramentis violaceis procedit ad Altare, quod in medio osculatur, & dicuntur Prophetiæ sine lumine Altaris eodem ritu, quo Sabbatho Sancto, ad quas sedet Celebrans vt eodem die post finem earum.

4. Finitis Prophetijs cum orationibus, in Ecclesijs vbi non fons baptismalis Celebrans deponit Casulam, & cum ministris ante Altare procumbit, & alijs omnibus genuflexis cantantur Litanias à duobus Cantoribus in medio Chori, vtroque Choro idem simul respondente, cum aures peractum fuerit ad Vers. *Peccatores te rogamus* etc. Sacerdos & ministri surgunt, & accedunt ad Sacristiam, vbi induuntur paramentis rubris, accensisque luminaribus circa Altare, in fine Litaniarum cantatur solemniter *Kyrie eleyson* quod tam lentè cantari debet, vt eo dicto statim Celebrans possit inchoare *Gloria in excelsis* ad cuius decantationem pulsantur Campanæ. Ad Euangelium non portantur luminaria

is, si occurrat
Missis priuatis sit
unda oratione, &
uæ in officio nul-
n. In Missis priua-
a fit commemorati-
de Rogationibus,
roni nulla sit com-

em Lectionum non
a tres Missæ in Ec-
t Tertiam de festo,
a, tertia de Roga-
vnaquaque earum
tertia Ecclesia vel

omini extinguitur
lium, dictis his
etc. ad repræsen-
Apostolis, qui non
tur vsque ad Sab-
ionem fontis.

rrat habens octa-
ia sexta post octa-
Nonam huius diei
m ad Vesperas se-
io de octaua.

sed tantum incensum; flectuntur autem genua tantum, ad elevationem SS. Sacramenti, qua facta surgunt.

5. Ad Euangelium non porrantur luminaria, sed incensum tantum; Si vero Ecclesia habuerit fontem baptismalem, absoluitur Prophetijs, vadit ad fontem vt in Sabbatho Sancto.

6. In Festo Pentecostes & tota octaua Hymnus *Veni Creator* dicitur ad Tertiam, & ad primum versum hymni prædicti genuflectitur.

7. Ad Missam solemnem, Celebrans dicto à se Euangelio, & dum cantatur in Choro versus *Veni Sancte Spiritus* cum ministris genuflectit super supremum gradum altaris. Ideo Chorus ita lentè debet decantare versum præcedentem *Emitte Spiritum* & Celebrans ita tempestiuè dicere Euangelium suum, vt possit ipse genuflectere ad prædictum versum, quo dicto potest sedere, sed tempestiuè redeat ad altare vt benedicat incensum, & Diaconum pro Euangelio.

8. Sabbatho post Missam, quæ dicitur post Nonam, tempus Paschale terminatur, & ideo post cœnam benedictio & gratiarum actio dicuntur vt alio tempore cum Psalmo *Miserere mihi Deus*, vel *Laudate Dominum omnes gentes*.

TITVLVS XXIV.

De Festo Corporis Christi.

Hoc Festum solennissimum ex instituto Urbani IV. de anno 1262. ab Eugenio IV. de anno 1433. confirmatum, in quo solemniter loci superior celebrare solet, ideo Altaris ornatus sollemnis esse debet, pariter Celebrantis, ac Ministrorum paramenta prætiosa albi coloris.

2. Primæ